ELEGÍA V

BIBLIOTECA PÚBLICA "ALFONSO REYES"
MONTERREY, N. L.

ELEGIA V

Qui mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi sanctus
atque inter festos semper habendus erit.
Te nascente novum Parcae cecinere puellis
servitium et dederunt regna superba tibi.
Uror ego ante alias: iuvat hoc, Cerinthe, quod uror,
si tibi de nobis mutuus ignis adest.
Mutuus adsit amor, per te dulcissima furta
perque tuos oculos per Geniumque rogo.
Mane Geni, cape tura libens votisque faveto,
si modo, cum de me cogitat, ille calet.

ELEGÍA V

El día en que, ¡oh Cerinto! fuiste mío,
Será de fiesta para mí y sagrado.
Que cual yugo y señor de las mujeres
Las Parcas, al nacer, te celebraron.
Más que las otras te amo y feliz fuera
Si mutuo fuese el fuego en que me abraso;
Por tu Genio y tus ojos te lo ruego,
Sea mutuo el amor con que yo te amo.
Si él ama sólo á mí cuando en mí piensa,
Mi incienso acoge y votos, Genio santo;
Si por otras suspira, apaga entonces
El fuego infiel en que se abrase ingrato.

Quod si forte alios iam nunc suspiret amores,
tunc precor infidos, sancte, relinque focos.
Nec tu sis iniusta, Venus: vel serviat aeque
vinctus uterque tibi, vel mea vincla leva.
Sed potius valida teneamur uterque catena,
nulla queat posthac nos soluisse dies.
Optat idem iuvenis quod nos, sed tectius optat:
nam pudet haec illum dicere verba palam.
At tu, Natalis, quoniam deus omnia sentis,
adnue: quid refert, clamne palamne roget?

Si juntos él y yo no te servimos,
¡Oh Venus! rompe de mi amor los lazos,
Aunque es mejor que unidos con cadenas,
Que nadie cortará, vivamos ambos.
Desea él más que yo cuanto yo quiero,
Mas le causa vergüenza confesarlo;
Y tú, Genio Natal, puesto que todo
Lo puedes ver dentro del pecho humano,
Accede á sus plegarias; si en secreto
Ó en público lo ruega, importa acaso?

ELEGÍA VI

ELEGIA VI

Natalis Iuno, sanctos cape turis acervos,
quos tibi dat tenera docta puella manu.
Tota tibi est hodie, tibi se laetissima compsit,
staret ut ante tuos conspicienda focos.
Illa quidem ornandi causas tibi, diva, relegat:
est tamen, occulte cui placuisse velit.
at tu, sancta, fave, neu quis divellat amantes,
sed iuveni quaeso mutua vincla para.
Sic bene compones: ullae non ille puellae
servire aut cuiquam dignior illa viro.
Nec possit cupidos vigilans deprendere custos,
fallendique vias mille ministret Amor.

ELEGÍA VI

Juno Natal, acepta el blando incienso
Que Sulpicia te da con mano tierna.
Es tuya toda hoy, por ti se adorna
Y digna de ser vista á tu ara llega.
La causa de su adorno te atribuye,
Mas oculta agradar á alguien desea.
Sé buena; á quienes se aman no separes,
Antes dale para él mutua cadena.
Únelos así bien; porque así digno
Él de ella habrá de ser como de él ella.
¡Que el Amor de engañar les dé mil medios!
Y no fieles guardianes les sorprendan!

Adnue purpureaque veni perlucida palla:
ter tibi fit libo, ter, dea casta, mero.
Praecipit et natae mater studiosa quod optat:
illa aliud tacita, iam sua, mente rogat.
Uritur, ut celeres urunt altaria flammae,
nec liceat quamvis, sana fuisse velit.
Sis iuveni grata, ut, veniet cum proximus annus,
hic idem votis iam vetus adsit amor.

Ven, diosa; con tu clámide purpúrea
Y triple libación de vino acepta.
Su deseo una madre enseña á su hija,
Mas por otro en silencio su hija ruega;
Cual pronta llama en el altar, se abrasa
Y estar sana, aun pudiendo, no quisiera.
¡Que él la ame y al venir el próximo año
Su voto un viejo amor cumplido vea!

ELEGÍA VII

ELEGIA VII

Tandem venit amor, qualem texisse pudori
quam nudasse alicui sit mihi fama magis.
Exorata meis illum Cytherea Camenis
attulit in nostrum deposuitque sinum.
Exsoluit promissa Venus: mea gaudia narret,
dicetur si quis non habuisse sua.
Non ego signatis quicquam mandare tabellis,
ne legat id nemo quam meus ante, velim,
sed peccasse iuvat, vultus componere famae
taedet: cum digno digna fuisse ferar.

ELEGÍA VII

Á amarme él llegó al fin; si lo contase
Más fama que callando ganaría;
Me lo trajo y lo puso en nuestro seno
Venus por mis canciones conmovida.
Venus fué fiel; quien no gozó las suyas
Se encargue de contar mis alegrías.
De temor que antes que él otro lo lea
Nada en carta cerrada le enviaría.
Mas á mí me complace haber pecado;
Y ante todos fingir no me precisa;
No me importa que digan que es mi amante,
Que él es digno de mí cual de él soy digna.

ELEGÍA VIII

ELEGIA VIII

Invisus natalis adest, qui rure molesto
et sine Cerintho tristis agendus erit.
Dulcius urbe quid est? an villa sit apta puellae
atque Arretino frigidus amnis agro?
Iam, nimium Messalla mei studiose, quiescas,
neu tempestivae saepe propinque viae.
Hic animum sensusque meos abducta relinquo,
arbitrio quamvis non sinis esse meo.

ELEGÍA VIII

Llegó el natal odioso que en el campo
Pasar ha de ser triste sin Cerinto.
¿No es mejor la ciudad que alguna aldea·
Ó que el Arno en los campos Aretinos?
Quédate aquí, Mesala, si me quieres,
Aunque el viaje á emprender siempre estés listo.
Si contra mi deseo tú me llevas,
Aquí dejaré mi alma y mis sentidos.